

ri, & Capitulo qualecumque gravamen illatum, jurisdictionique, & libertati ecclesiasticae quoquo modo praedictum fuisse, esse, & fore unquam praetendi, dici, vel censei, & ne unquam quovis temporis cursu, aut ex quacumque alia, quantumlibet juridica causa praedictas Capitulationes fuisse per Nos, & Sedem Apostolicam approbatas allegari, & beneplacitum apostolicum desuper accessisse unquam praesumi possit, pro pastoralis nostrae sollicitudine providere volentes, ac earumdem Capitulationum tenores, etiam veriores, praesentibus pro plene expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes, motu proprio, ac ex certa scientia, maturaque deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, ex voto etiam praedictae Congregationis omnes, & singulas Capitulationes praedictas, nullas, ac prorsus invalidas, nulliusque roboris, & momenti fuisse, esse, & semper fore, adeo ut nullum omnino sortiri possint, aut debeant effectum, aequae ac si initae, factae, aut juratae, vel conceptae numquam fuissent, tenore praesentium declaramus, illasque pro non factis, nec interpositis haberi volumus, approbationemque nostram, & beneplacitum apostolicum quoad ipsas Capitulationes denegamus, & propterea consensum a Capitulo praedicto, seu majori illius parte deputati Coadiutoris hujusmodi cum futura successione, ut praefertur, praestitum praedicto Maximiliano suffragari in omnibus, & per omnia, perinde ac si libere, & non conditionaliter, ac non interpositis Capitulationibus hujusmodi fuisset adhibitus.

Clausulas apponit.

§.4. Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere legatos, sedisque praefatae Nuncios, & quovis alios quacumque auctoritate fungentes nunc, & pro tempore existentes, sublati eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, seu interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Obstantibus derogat.

§.5. Non obstantibus praemissis, ac apostolicis, & in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac, quatenus foret opus, etiam Regula nostra de non tollendo jure quaesito, necnon dicte Ecclesiae, etiam, juramento, confirmatione apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium, praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro sufficienti derogatione specialis, specifica, expressa, & individualis, ac de verbo ad verbum, non, autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu alia quavis expres-

sio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 16. Junii 1642. Pontificatus nostri Anno XIX.

Datum die 16. Junii 1642. An. XIX.

DCCX.

Committitur Auditori Camerae, ut procedat contra Violatores Immunitatis Ecclesiasticae in Ducatu Parmensi.

Ex Regest. in Secret. Breu.

Dilecto filio Causarum Curiae Camerae Apostolicae Auditori generali.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecte filii salutem, & apostolicam benedictionem.

Conservationi libertatis, & immunitatis ecclesiasticae in Ducatu Parmae, & Placentiae, cujus Odoardus Farnesius olim Dux erat pro pastoralis nostrae sollicitudine consultum esse, & illorum audaciam, qui libertatem, & immunitatem hujusmodi in Ducatu praedicto, aliisque locis, praecipue confinantibus quoquo modo violare, aut fuerunt opportunis juris, & facti remediis reprimi volentes.

Exordium.

§.1. Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, tibi praesentes committimus, & mandamus, ut contra omnes, & singulos libertatis, & immunitatis ecclesiasticae in Ducatu praedicto, aliisque locis praefatis violatores, si qui haecenus extiterint, & in futurum erunt cujuscumque status, gradus, conditionis, qualitatis praeminentiae, & dignitatis etiam ecclesiasticae, etiam specialem expressionem requirent. sint, vel fuerint, tam conjunctim, quam divisim, ad instantiam Procuratoris, seu Promotoris Fiscalis, ac quorumcumque adherentium, & aliorum, quam ex officio, ac aliis quomodolibet, & prout tibi videbitur, etiam juxta tuas ordinarias facultates usque ad sententiam, & sententias definitivas, & totalem ejus, & earum executionem inclusive simpliciter summarie, & de plano sine strepitu, & figura iudicii sola facti veritate inspecta, ipsiusque violatoribus tam conjunctim, quam divisim, & separatim, etiam per Edictum publicum, confitto etiam summarie, & extrajudicialiter, ac quantum tibi sufficere videbitur de non tuto accessu citatis, etiam si vigore citationis, seu citationum hujusmodi aliquis extra suam Dioecesim, vel Provinciam, & ultra duas, & plures dietas in iudicium trahatur, & evocetur procedas, ac quoscumque in praemissis culpa-

Commissio de qua in Rubr.

DCCXI.

Commissio Nuncio Sabaudiae circa dimissionem Cardinalatus Mauritii Cardinalis a Sabaudia nuncupati.

Ex Regest. in Secret. Breu.

Venerabili Fratri Gaspari Episcopo Montis Placonen. nostro, & Apostolicae Sedis apud dilectum filium nobilem puerum Carolum Emanuelem Sabaudiae Ducem Nuncio.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ven. Frater salutem, & apostolicam benedictionem.

§.1. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius noster Mauritius S. R. E. Cardinalis a Sabaudia nuncupatus, ex concessione, & dispensatione apostolica inter Cardinales Dioecesanos connumeratus, licet in aliquo ex Sacris Ordinibus minime constitutus, quod etiam ipse in vocatione ecclesiastica, & statu Cardinalitio libenter permanisset, & agere ferat illum mutare, tamen ex causis uberius ejus nomine Nobis expositis, & praecipue pro bono pacis, praesertim pro administratione muneris tutelae dilecti filii nobilis pueri Caroli Emanuelis Ducis Sabaudiae, eius ex fratre nepotis incunda cum dilecta in Christo filia nobili muliere Christina Ducissa Sabaudiae Vidua, ejusdem Ducis Matre, sibi convenire existimat, ab ecclesiastica vocatione ad laicalia vota transire, quia vero probe novit, moris esse Dignitatem, & Officium Cardinalatus in manibus Romani Pontificis, & in Concistorio dimittere, idque ob sui ab Urbe absentiam, & locorum distantiam, ac aliis ex causis praefatis, concedentemque Dignitatis existimationem demonstrare, ac debitum erga Nos, & Sedem Apostolicam obsequium exhibere prompte nequeat, ne praemissorum finis interposita mora suo forsitan frustraretur effectu; Nobis propterea praefatus Mauritius Cardinalis humiliter supplicari fecit, ut si dimissionem, & cessionem puram, liberam, & simplicem dignitatis, & Officii sui Cardinalatus, ac tituli S. Mariae in Via Lata, alias sibi assignati, in manibus fraternitatis tuae faciendi tibi que nominis nostri, & Sedis Apostolicae illam recipiendi, & admittendi, ac juramenta quaecumque per eundem Mauritium ratione dictorum Cardinalatus, ac tituli praefati, sibi relaxandi licentiam, & facultatem impertiri dignaremur.

Mauritius Cardinalis a Sabaudia causas de dicit, remittendi Cardinali dignitatem.

§.2. Nos igitur ejusdem Mauritii Cardinalis hujusmodi supplicationibus inclinati, ac praesenti rerum statui consulere, & morem solitum pro hac vice relaxare volentes, fraternitati tuae per praesentes committimus, & mandamus, ut antequam praefatus Mauritius Matrimonium contrahat tu eandem Cardinalatus dignitatis, & Officii, tituli que praefati, cum omnibus, & singulis eorum praeminentiis, honoribus, & privilegiis, insignibus, ac juriis quibuscumque

Nuncio Apost. committit. recepto huic modo renunciationis.

culpabiles repertos, excommunicationis majoris vinculo innodatos, eosque in excommunicationem hujusmodi, aliasque censuras, & poenas ecclesiasticas a Sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis, & praesertim Bulla die Coenae Domini legi solitas contra similia perpetrantes comminata, contra similia perpetrantes comminatas, inflatas, & fulminatas incidisse declaratos, ipsosque sic excommunicatos declaratos publicos, nuncios, & a ceteris Episcopi fidelibus arctius evitari praecipias, poenasque hujusmodi, prout Justitia exegerit, aggravas, & reagras, omni, & quacumque appellatione, reclamatione, recurso, dilatione, & quorumcumque praesentiarum nullitatum, etiam ex tribus, ac praetense injustitiae dictione, & allegatione, aliisque juris remediis ordinariis, & extraordinariis penitus, & omnino remotis. Nos enim tibi desuper necessariam, & quomodolibet opportunam facultatem, & potestatem, per eandem praesentes tribuimus, & impertimur.

Contrarium derogat.

§.3. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papae Octavi Praedecessoris nostri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, aliisque apostolicis etiam Conciliaribus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibusvis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, iustis, usibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individualis, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede Indultum, quod extra loca suae originis, aut suae Dioecesis, & Provincias, in iudicium trahi, vel quod excommunicari, suspendi, vel interdicti non possint per Literas Apostolicas, non, facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Datum die 27. Junii 1642. An. XIX.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 27 Junii 1642. Pontificatus nostri Anno XIX.



DCCXII.

Quod Commissarii Provinciales Indiarum ad Capitula Generalia Ordinis Fratrum Minorum convenientes, suis Custodibus, in labore, & premio aequales habeantur.

De hujusmodi Fratribus Indiarum, vide ad Constit. DCXXIV. Circumspectat, hujus Tomo.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Alias, postquam Capitulo Generali Fratrum Ordinis Minorum, S. Francisci de Observantia nuncupatorum in Alma Urbe nostra, de anno 1639. celebrato, inter alia statutum fuit, restituendum esse Ministris Provincialibus Provinciarum Indiarum dicti Ordinis antiquum jus, quod habebant, mittendi Commissarios ad Capitulum Generale, in eo suffragium suo nomine laturos, habito subinde ea propter ad Nos desuper recursum, per quasdam nostras in simili forma Brevis Literas de eodem anno emanatas, Ministris Provincialibus Provinciarum earundem tunc, & pro tempore existentibus, quod ad Capitulum Generale dicti Ordinis mittere possent Commissarios dicti Ordinis Professores, qui suo nomine suffragium ferrent, apostolica auctoritate indulsimus, ea tamen lege, ut tam Commissarii, qui mitterentur, quam etiam Custodes forent earundem Provinciarum respectivè filii vel in eis per sexenium completum antea incorporati.

§.2. Cum autem æquum, & rationi consentaneum esse censeamus, ut quemadmodum prefati Commissarii Provinciarum Indiarum hujusmodi aequales suis Custodibus labores, cum tot, & tantis navigationum, ac viarum periculis subeunt, ita ejusdem Commissariis præmium, & remuneratio paria sint. Idcirco Nos Commissariorum hujusmodi decori, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, Motu proprio, ac ex certa scientia, matureque deliberatione nostris, ac de apostolica potestatis plenitudine: Quod Commissarii Provinciarum Indiarum hujusmodi, qui ad Capitulum Generale dicti Ordinis de eodem Anno 1639. celebratum, ut præfertur, venerunt, & in eo suffragium tulerunt, necnon illi Commissarii earundem Provinciarum, qui deinceps perpetuis futuris temporibus ad futura dicti Ordinis pro tempore Capitula Generalia mittentur, postquam ad suas reversi fuerint Provincias, Definitorum præteritorum honore, & præcedentia gaudeant immediate post suos Custodes, tenore presentium statuimus, concedimus, & ordinamus.

§.3. Decernentes presentes literas ullo umquam

Datum die 10. Julii 1642. An. XIX.

Ex Regest. in Secret. Divo.

Causæ hujus Conil.

Mandat. procl. in Rubr.

Decretum irritans.

Cui necessarium ad hoc tribuatur facultas.

Injunctio onere Mauricio Card. Procuratorem ad id Rone constituendi.

Clausula.

Contrariorum derogatio.

DCCXIII.

Confirmatio Decreti Clem. Papæ VIII. prohibentis fieri uniones Beneficiorum dispositioni Sedis Apostolicæ reservatorum, vel affectorum, cum declaratione, quod Decretum hujusmodi comprehendit etiam S. R. E. Cardinales, & alios indulta conferendi reservata habentes, quodque illi non potuerunt, nec possunt conferre Beneficia duplici reservata, vel affecta.

Beneficiorum omnes uniones effectum non sortite sunt revocate hujus Pontificis Constit. IX. Sanctissimus, Tom. V. Par. V. fol. 152. Beneficiorum, seu Ecclesiarum unionem petentes debent exprime re verum valorem annuum, etiam Beneficii, cui alia unitur, alioquin unio non valet, Greg. XV. Const. XXXVII. Tom. V. Par. V. fol. 390.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Quamvis fel. rec. Clemens Papa VIII. Prædecessor noster, accepto quod aliqui Ordinarii beneficia ecclesiastica in suis mensibus vacantia, & aliâ dispositioni apostolicæ non reservata personis sibi benevisis conferebant, illa vero, quæ reservata erant, Seminariis puerorum sæpe uniebant; ad evitandum hoc Sedis Apostolicæ præjudicium, per ejus decretum, prohibuerit, ne uniones beneficiorum ecclesiasticorum dispositioni Sedis Apostolicæ tempore, quo uniantur reservatorum, vel affectorum fieri possent, etiam vigore Decretorum S. Concilii Tridentini in favorem Seminariorum Puerorum, ad præscriptum ejusdem Concilii rectorum, sive dirigendorum: nihilominus postea prætextu Indultorum Apostolicorum conferendi beneficia reservata, vel affecta per Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac etiam per Nos aliquibus personis, præsertim S. R. E. Cardinalibus concessorum, exequutio prædicti Decreti Clementis, Prædecessoris de facto impedita fuit, & impeditur, quoniam Cardinales Indulta conferendi, & disponendi de reservatis, vel affectis habentes asserunt, se non esse in prædicto Decreto comprehensos, tamquam in eo expressim non nominatos, & ulterius tam ipsi Cardinales, quam alii, qui ex prædictis Indultis Apostolicis facultatem conferendi reservata, seu affecta, ac de eis disponendi, nedum præterdunt Indulta hujusmodi continere facultatem disponendi de eisdem Beneficiis, etiam per modum Unionis, & extinctionis in præjudicium perpetuum Sedis Apostolicæ, quæ illorum provisione perpetuo privata remaneret, sed etiam ex ipsis Indultis esse sublatam, & extinctam reservationem, & affectionem quamcumque, ideo etiam auctoritate ordinaria potuisse, & posse per eos fieri eorumdem Beneficiorum, uti non reservatorum, nec affectorum unionem, Decre-

Contrariis derogat.

Transumptis credi mandat.

Datum die 12. Julii 1642. An. XIX.

umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vicio, seu intentionis nostræ, vel alio quovis defectu notari, impugnari, redargui, infringi, retractari, aut quomodolibet in jus, vel controversiam revocari posse, sed semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, inviolabiliter, & inconcusse observari, sique per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, ubique judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinibus, & Provincialibus hujusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, eisdem Ordini, & Provinciis, illorumque Superioribus, Fratribus, & personis, sub quibusvis tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum omnium, & singulorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanens, ad effectum præmissorum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, quod presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorum, sub Annulo Piscatoris, die 12. Julii 1642. Pontificatus nostri Anno XIX.



Decretaque Concilii eis concedere facultatem uniendi etiam reservata eisdem Seminariis. Quinimo etiam in Pontificatu rec. mem. Pauli V. etiam Prædecessoris nostri, hætenus ex voto duorum Rotæ Auditorum fuerit in Dataria observatum, & observetur, Beneficia duplici reservatione personali reservata, vel affecta non comprehendi in prædictis Indultis, tamen etiam præcedunt hanc reservationis duplicitatem non impedire eorum provisionem, vigore prædictorum Indultorum faciendam, eisdemque Beneficiorum unionibus non obstat, & propterea diversimode, etiam exequutio Literarum Apostolicarum provisionis eorumdem Beneficiorum indebitis prævisionibus hujusmodi impedita fuit, & impeditur de facto in diversis Tribunalibus, & Congregationibus, præsertim Rotæ, & Congregationis Concilii Tridentini, in quibus reperiuntur factæ resolutiones, etiam inter se discordantes.

Decretum Clementis Octavi pro hinc hinc fieri uniones confirmat, & observari mandat.

§.1. Volentes igitur prædicta impedimenta tollere, & nostro oraculo præsentibus dubitationes dilucidare, Motu proprio, certa que scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetua constitutione prædictum Decretum Clementis Prædecessoris prædicti, super executione, seu interpretatione ejusdem Concilii emanatum confirmamus, in violabiliterque de cætero observari mandamus per quoscumque Patriarchas, Metropolitanos, Archiepiscopos, Episcopos, ac S. R. E. Cardinales, declaramusque prædictum Decretum etiam eosdem Cardinales comprehendisse, & comprehendere, prædictoque Cardinales, & quoscumque alios prædicta Indulta Apostolica conferendi prædicta Beneficia reservata, seu affecta, & de eisdem disponendi habentes, non potuisse, hætenus post prædictum Decretum Clementis Prædecessoris, nec imposterum, posse in vim illorum, nec vigore ejusdem Concilii, aut aliis etiam auctoritate eorum ordinaria, prætextu quod ex prædictis Indultis extinctæ, & sublata sint reservationes, & affectiones eadem Beneficia, quomodolibet tempore unionis reservata, vel affecta unire, etiam Seminariis prædictis Puerorum, nec de eis per viam cujuscumque unionis, suppressionis vel applicationis disponere, nec etiam in vim prædictorum Indultorum reservata, & affecta conferendi, ac de eis disponendi, potuisse, nec posse conferre Beneficia duplici reservatione personali reservata, vel affecta.

Causula præservativa, & sublata.

§.2. Præsentibus quoque literas de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, nostraque intentionis defectu, etiam ex eo, quod Seminaria, & quibuscumque, & cujuscumque status, conditionis, gradus qualitatis, ac dignitatis, etiam ecclesiasticæ desuper interesse habentes, vel habere præsentibus, ad hæc vocati non fuerint, vel præmissis non consenserint, notari, impugnari, redargui, aut in jus, vel con-

trovesiam revocari non posse; Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Sacri Palatii Apostolici causarum Auditores, ac S. R. E. Cardinales, eorumque Congregationes, & quoscumque alios speciali expressione indigentes, judicari, definiri, & interpretari debere, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, seu interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§.3. Non obstantibus præmissis omnibus, & singulis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam in Conciliis generalibus editis, regulis Cancellariæ, & quatenus opus foret, etiam illa de non tollendo jure quæsito, cæterisque contrariis quibuscumque: Quorum omnium, & singulorum tenores, earumdemque litium, & causarum etiam hætenus pendentium statum, & merita, ipsorumque Beneficiorum nuncupationes, situationes, & qualitates, partiumque colligantium, necnon judicum nomina, & cognomina, Tribunaliumque, & Congregationum præminentias, & facultates, cæteraque hic forsân. exprimenda, & inferenda, pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus.

Causula derogatoria.

Datum Romæ apud S. Mar. Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 15. Julii 1642. Pontificatus nostri Anno XIX.

Datum die 19. Julii 1642. An. XIX.

DCCXIV.

Constitutio circa utensilia Sacristiæ Pontificiæ post obitum S. R. E. Cardinalium debita.

Clemens VII. prius constituerat, quod omnia ornamenta, quibus Episcopi, Presbyteri, & Diaconi Cardinales in Cappella Pontificia utebantur, post eorum obitum dictæ Cappellæ consignari deberent: cujus Constitutionis hic fit mentio.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Æ Quum est, ut Nos, qui omnium Christianifidelium commodis pro paterna nostra charitate jugiter invigilamus, Sacristiæ nostræ Pontificiæ, ac Cameræ Apostolicæ jura non negligamus.

Exordium.

§.1. Quamvis enim etiam juxta Constitutionem sel. record. Clementis Papæ Septimi Prædecessoris nostri desuper editam observatum fuerit, quod omnia, & singula Mitra, Pluvialia, Planctæ, & alia Altaris ornamenta, & vestimenta, ac vasa aurea, & argentea, præsertim sacra, & benedicta, cujuscumque qualitatis, & pretii fuerint, quibus S. R. E. Episcopi, Presbyteri, & Diaconi Cardinales in Cappella Pontificia, in Missarum tam per Romanos

Causa hujus Constit.

manos Pontifices, quam in eorum præsentia, etiam per dictos Cardinales celebratione, ac in processionibus, & aliis ceremoniis pontificalibus usi fuerunt, post illorum obitum fuerint, & sint applicata, & realiter consignari debeant dictæ Cappellæ, & illius Sacristiæ, præfataque applicatio, & consignatio impediri non debeat prætextu quarumcumque facultatum testandi, etiam sub quacumque forma, & verborum tenore pro tempore concessarum, & aliis prout in eadem Clementis Prædecessoris Constitutione uberius continetur. Nihilominus quia tam Romani Pontifices Prædecessores nostri concesserunt, quam etiam Nos eorum exempla sequuti concessimus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus facultatem disponendi de ornamentis, & vestimentis, ac vasibus, & aliis rebus prædictis, illaque relinquendi Ecclesiis, seu Cappellis, vel locis piis, aut personis, præsertim ecclesiasticis, sibi benevisis, in grave Sacristiæ præfate præjudicium, ac etiam Cameræ Apostolicæ detrimentum, quam de suo eidem Sacristiæ de ornamentis, cæterisque rebus hujusmodi ea propter providere oportet,

Innovat, & ampliat Constit. Clem. VII. circa utensilia Sacristiæ Pontificiæ post obitum S. R. E. Card. debita.

§.2. Hinc est, quod Nos earumdem Sacristiæ, & Cameræ indemnitate in præmissis consulere volentes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, etiam ipsam Constit. Clem. Præd. hujusmodi innovantes, & ampliantes, quod de cætero perpetuis futuris temporibus præfata omnia, & singula, Mitra, Pluvialia, Tunicellæ, aliaque ornamenta, & vestimenta, ac Calices, Patenæ, vasa etiam aurea, & argentea, aliaque res, & utensilia quomodolibet nuncupata, præsertim benedicta, seu consecrata, quibus S. R. E. Cardinales nunc, & pro tempore existentes, etiam præfata, aut quamcumque aliam similem, vel dissimilem facultatem apostolicam de illis disponendi, ac ad hæredes etiam ab intestato transmittendi, ut præmittitur, habentes, non solum in Cappella Pontificia, seu Processionibus, ceremoniis, & aliis functionibus Pontificiis præfatis, sed etiam in eorum Cappellis privatis hætenus, vel in futurum pro tempore quomodolibet usi fuerint, vel quæ detulerint, ad Sacristiam præfata ipsa jure spectent, & pertineant, & ad illam deferri, illique realiter consignari debeant statim post obitum ipsorum Cardinalium, excepta una Tunicella pro quolibet Cardinale Diacono, & una Planeta pro quolibet Cardinale Presbytero, ac uno Pluviali pro quolibet Cardinale Episcopo, ac exceptis Candelabris, ac Malluviis, & Gutturinis Bacili, & Bocalli vulgo nuncupatis, etiam aureis, vel argenteis, hac perpetuo valitura Constitutione nostra statulimus, & ordinamus, & quascumque facultates præfatas testandi, ac ab intestato transmittendi, & disponendi de vestimentis, ornamentis, vasibus, & aliis rebus, ac utensilibus præfatis, etiam in fa-

Bull. Rom. Tom. VI. Pag. II.

vorem quarumvis Ecclesiarum, seu Cappellarum, & locorum piorum, ac personarum etiam speciali nota, & individua expressione dignarum, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, ac aliis quomodolibet præfatis Prædecessores nostros, ac Nos ipsos Cardinalibus præfatis quibuscumque concessas, quæ hætenus effectum sortite non fuerunt ad præsentis nostræ Constitutionis tenorem reducimus, & quatenus fuerit opus in iis, quæ præsentibus adversantur, revocamus, abolemus, cassamus, annullamus, & irritamus, ac reductas, revocatas, abollatas, cassas, annullatas, & irritas fore, & esse, & imposterum per quamcumque derogationem per Nos, vel Successores nostros faciendam non censeferi præsentis nostræ Constitutioni in aliquo detractum, nec d. Sacristiæ præjudicatum, nisi specialiter, & expresse huic Constitutioni referendo ejus datam, ac aliis sufficienter derogatum fuerit.

Causula præservativa, & rogatoria.

§.3. Præsentibus quoque literas, & in eis contenta quæcumque, licet desuper interesse habentes, seu habere præsentibus illis non consenserint, & ad ea vocati, & auditi, causeque, propter quas præsentibus emanarunt, deductæ, verificatæ, seu alias sufficientes, aut etiam nullatenus justificatæ fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut alio quovis defectu, etiam substantiali, aut ex quovis alio capite, etiam in corpore, juris clauso, seu occasione, vel causa, etiam quantumvis justa, rationabili, & privilegiata notari, impugnari, invalidari, & retractari posse, sed ipsas præsentibus literas semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Sacristiæ præfate plenissime suffragari.

Causula sublata.

§.4. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarium, & alios Cardinales, etiam de latere Legatos, necnon dictæ Cameræ Præsidentes, & Clericos, & alios Officiales nunc, & pro tempore existentes, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, seu interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Causula derogatoria.

§.5. Non obstantibus quibusvis testandi, ac ad hæredes ab intestato transmittendi, ac aliis quomodolibet de bonis, & rebus præfatis disponendi per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac etiam per Nos ipsos Cardinalibus prædictis, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, etiam concistorialiter concessis facultatibus, ac sel. record. Pii Papæ IV. etiam Prædecessoris

V u



foris nostri de gratis quaecumque interesse Camera Apostolica concernentibus in eadem Camera presentandis, & registrandis, itaut presentes literas numquam in ejuſdem Camera libris registrari neceſſe ſit, & quibilibet aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, etiam Conciliaribus, ac Decretis, etiam Concistorialibus, & quatenus opus ſit, de non tollendo jure quaſito, aliſque Cancellaria Apoſtolica regulis quibuſcumque, etiam in favorem praefatorum Cardinalium, etiam per Nos editis, necnon Collegii Cardinalium praedictorum, & quarumvis Eccleſiarum, & locorum piorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam antiquiſſimis, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis Collegio praedicto, Eccleſiis, & locis piis quibuſlibet, & quibuſcumque perſonis, cuiuſcumque ſtatus, gradus, conditionis, qualitatis, & dignitatis, etiam Eccleſiasticae, etiam individua expreſſione dignis, aut aliis quomodolibet qualificatis, in contrarium praemiſſorum quomodolibet conſeſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quavis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia expreſſa forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujusmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & infererentur praſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inferentibus habentes, illis aliis in ſuo robore permanſuris, ad praemiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 19. Julii 1642. Pontificatus noſtri Anno XIX.

DCCXV.

Ex Regiſ. in Secr. Brev.

Significat Regi Chriſtianiſſimo, ſpectare ad Sedem Apoſtolicam privative quoad alios quocumque cognitionem, & deciſionem controverſiarum inter Abbatiffam Generalem Ordinis Fontis Ebraldi, & Monachos ejuſdem Ordinis vertentium ſuper obſervatione Regulae, & communicatione ſtatutorum dicti Ordinis.

Chariffimo in Chriſto filio noſtro Ludovico Francorum Regi Chriſtianiſſimo.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Chariffime in Chriſto filio noſter ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Quanto illuſtriora ſunt Maeſtatis tuae, ejuſque Praedeceſſorum clar. mem.

Regu Francia Chriſtianiſſimorum eximia devotionis, & pietatis, in tenendis hujus Sanctae Sedis, Eccleſiasticorumque Tribunalium Juribus merita, tanto majori admiratione, & animi moleſtia affecti fuimus, ubi intelleximus factam Maeſtatis tuae auctoritatem Ven. Fratrum Archiep. Bituricen., ac Lexovien., & Melden. Episcoporum deputationem, ad cognoscendas decidendasque controverſias inter dilectam in Chriſto filiam Joannam Baptiffam de Bourbon Sororem tuam naturalem Ordinis Fontis Ebraldi, Abbatiffa generalem ex una, & dilectos filios Monachos ejuſdem Ordinis ex altera partibus, ſuper interpretatione, & uſu Regulae, communicatione ſtatutorum dicti Ordinis, aliſque ad noſtram, & Sedis praedictae cognitionem immediate ſpectantibus vertentes, eorumdemque controverſiarum, deputationis hujusmodi vigore per Archiepiſcopum, & Episcopos praedictos deciſionem a Maeſtate tua arreſto die octava Octobris proxime praeteriti emanato confirmatam fuiſſe; Quae licet ſedendarum inter perſonas regulares litium gratia, non autem laedenda Jurisdictionis eccleſiasticae animo te feciſſe plane credamus, quis enim aliud de ſingulari pietate tua ſuſpicetur; attamen pro debito Officii noſtri Maeſtati tuae ſignificandum duximus, cognitionem, deciſionemque controverſiarum praedictarum, utpote quae circa res mere ſpirituales, declarationemque, interpretationem, & obſervantiam Regulae, & ſtatutorum dicti Ordinis a Sede praedicta confirmatorum vertuntur, nequaquam ad Tribunalia laica, & Judices ſeculares, ſed ad Nos, & eandem Sedem, privative quoad omnes alios ſpectare, & pertinere, de qua re cum Maeſtate tua ſuſius aget Ven. Frater Hieronymus Archiepiſcopus Seleucien. Nuncius noſter, cujus verbis, ut fidem habeas rogamus, & Maeſtati tuae iterum benedictionem noſtram peramanter impertimur.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 13. Auguſti 1642. Pont. noſtri Anno XIX.

DCCXVI.

Sequitur Breve Joannae Baptiffae de Bourbon. Abbatiffae Generali Ordinis Fontis Ebraldi, in idem argumentum.

Dilecta in Chriſto filia Joanne Baptiffa de Bourbon Abbatiffa Generalis Ordinis Fontis Ebraldi.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecta in Chriſto filia ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Et plurimum in Domino commendamus ſingularem erga Nos, & hanc S. Sedem obſervantiam, quam oſendiſti, dum apud Ven. Fratrem Hieronymum Ar-

Datum die 13. Auguſti 1642. An. XIX.

Ex Regiſ. in Secr. Brev.

Archiepiſcopum Seleucien. ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ludovicum. Francorum Regem Chriſtianiſſimum noſtrum, & dictae Sedis Nuncium Te purgaſti ſuper eo, quod pro deciſion. controverſis inter te, & dilectos filios Monachos Ordinis Fontis Ebraldi circa interpretationem, & uſum regulae, ac communicationem ſtatutorum ejuſdem Ordinis, aliaque ad noſtram, & Sedis praedictae cognitionem immediate ſpectantia, vertentibus, recurſum ad Tribunalia ſecularia habuiſti; attamen pro paterna, quam de tua ſalute gerimus cura monemus te, ut cum in excommunicationis, aliaſque cenſuras, & poenas eccleſiasticas a Sacris Canonibus Apoſtolicis contra habentes ſimiles recurſus inſiſtas, & promulgatas inciſeris, quia nedum aſſenſum praebuiſti, ſed etiam procuraviſti, ut controverſia hujusmodi ejuſdem Ludovici Regis auctoritate cognoscerentur, & deciderentur; Propterea conſcientiae tuae ſecuritati conſulas, omnibus ad tua favorem ea in re per Judices, a dicto Ludovico Rege deputatos abſque legitima facultate deciſis renuncians, curandoque, ut controverſia praedicta, noſtra, & dictae Sedis auctoritate definiatur: Quod te ſedulo facturum Nobis plane perſuademus, cum illo clariffimorum Regum genere nata ſis, quo orti ſummo ſemper devotionis, & pietatis affectu Romanam Eccleſiam, & pietatis Apoſtolicam ſunt proſequuti, & benedictionem apoſtolicam tibi iterum peramanter impertimur.

Datum die 19. Julii 1642. An. XIX.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die decimatertia Auguſti 1642. Pontificatus noſtri Anno XIX.

DCCXVII.

Ex Regiſ. in Secr. Brev.

Declarat cognitionem cauſarum ſuper praenſa fabricatione monetae adulterinae, ac tonſione monetae aureae, & argenteae in Inſulis Siciliae ultra Pharam, & Meleвитана contra perſonas Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani, ſpectare ad Magnum Magiſtrum, Conſilium, & Conventum dicti Hoſpitalis.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad ſuturam rei memoriam.

Referre alia ſe declaratum Cauſas de quibus in Rubrica, ſi contra Eccleſiasticos agantur, ad Locorum Ordinationes pertinere.

§. 1. Alias Nos, ut adulterinam monetam fabricantium, ac monetam aureas, & argenteas tonſentium crimina punirentur, per noſtram perpetuam Conſtitutionem nedum cedulam motus proprii ſel. rec. Pii Papae Quinti Praedeceſſoris noſtri deluſer editam confirmavimus, & innovavimus, ſed etiam poenam ultimi ſupplicii ad perſonas etiam eccleſiasticas, & regulares cuiuſcumque Ordinis, & Inſtituti, etiam Militiarum, etiam Sancti Joannis Hieroſolymitani extendimus, Bull. Rom. Tom. VI. Par. II.

in Italia dumtaxat, cognitionemque cauſarum contra praefatas perſonas eccleſiasticas locorum Ordinariis commiſimus, prout in noſtris Literis ſub plumbo ſub Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem anno 1627. Idibus Novembris, Pontificatus noſtri Anno V. expeditas uberius continetur.

§. 2. Verum quia, ut accepimus, praetenditur, cognitionem iſtarum cauſarum, contra Milites, & alias perſonas Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani in Inſula Siciliae ultra Pharam eſſe remittendas ad Ordinarios Eccleſiasticos Locorum, etiamſi Inſula Meleвитана, ubi Magnus Magiſter conſilium, & Conventus ejuſdem Ordinis reſident, ſit valde vicina praefatae Inſulae Siciliae, a quibus uti magis informatis, ad id privilegia apoſtolica habentibus, propterea melius, quam ab Ordinariis locorum praefatae cauſae contra perſonas ejuſdem Hoſpitalis cognosci debent, & poſſunt; Idcirco volentes remedium noſtrae apoſtolicae declarationis adhibere, tenore praſentis noſtrae perpetuae Conſtitutionis, declaramus, cognitionem praedictarum cauſarum contra perſonas praedicti Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani, tam haecenus motas, quam impoſterum movendas ſuper praenſa fabricatione monetae adulterinae, ac ſuper praenſa tonſione monetae aureae, vel argenteae in praefatis Inſulis Siciliae, & Meleвитана contra perſonas dicti Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani ſpectaſſe, & ſpectare ad eodem Magnum Magiſtrum, Conſilium, & Conventum, propter vicinitatem, quam Inſula Meleвитана habet cum praefata Inſula Siciliae ultra Pharam, non vero ad praefatos Ordinarios locorum, qui ut plurimum ſunt magis diſtantes;

Si vero contra perſonas Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani agantur in Sicilia, & Inſula Meleвитана, a Magiſtro vult cognosci.

Claufulae addit.

§. 3. Et ita inviolabiliter ſub excommunicationis majoris, aliarumque cenſurarum eccleſiasticarum poenis eo ipſo, abſque alia declaratione per quocumque cuiuſvis ſtatus, conditionis, qualitatis, praeminentiae, & dignitatis, etiam eccleſiasticae, ac individua mentione, & expreſſione dignae incurrendis, obſervari praecipimus, & mandamus. Decernentes praſentes literas validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, et integros effectus ſortiri, & obtinere; Sicque per quocumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolicum Auditores, ſublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et defini debere, ac irritum, et inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcianter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obſtantiſſimis praemiſſis, ac Conſtitutionibus, et Ordinationibus Apoſtolicis, privilegiis quoque, Indultis, et Literis Apoſtolicis quibuſcumque Regnis, locorum Ordinariis, et aliis quibuſvis perſonis in genere, vel in ſpecie, ac aliis in contrarium praemiſſorum quomodolibet

Contraria tollit.